

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema CXX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

## III. Pars.

Porro causam ipse Syrach nobis adfert, quare defuncti non, ultra quam par est, lugendi: Quia ad quietem deuenerunt optatum. Hoc ex Esaia cap. 56. in fine mutatus est. Idem Angelus Dei testatur Apoc. 14. v. 13. Hæc qui es illis non inuidenda.

De piis autem hoc intelligendum. Nam de impiis dicitur, vermis non morietur, Esa. 66. v. 24. quod non denotat quietem. Ideo impium perpetuo lugendum hoc ipso cap. v. 13. docet Syrach.

ADMONITIO. Simus pii in vita, vt post quietere possimus.

CONSOLATIO in morte. Cessabit labor & dolor. Pl. 90. Militia. Job. 7. v. 1. Umbra grata. Ibid. Et quies erit.

F I N I S.

## THEMA CXIX.

Syr. 25. v. 33.

*Initium peccati à muliere, & per illam omnes moriuntur.*

Thematis huius Dispositionem vide supra in I. parte Promptuarii, Classe III. Numero IX. Pagina. 245.

## THEMA CXX.

Syr. 37. v. 28.

*Vnicuique determinatum viuendi tempus.*

## DISPOSITIO.

Paucula sunt hæc verba Syradicis & plane eadem cum verbis Hiobis cap. 14. vers. 5. Determinatum homini tempus. Item: Posuisti homini terminum, quem non præteribit. Et huic affine etiam est illud Psal. 139. vers. 16. vbi dicuntur numerati dies hominis & scripti in libro Dei.

Hæc itaque verba primum paucis explicabimus, deinde

Eturi, quomodo & qualiter terminus vitæ à Deo sit constitutus. Deinde vsum huius loci demonstrabimus.

*Textus Explicatio.*

1. Tempus homini concessum esse ad viuendum, asserit sapiens noster. Et hoc quidem diuinæ clementiæ adscribendum. Nam si is non in vtero daret vitam: (Job. 10. v. 12. Psal. 139. v. 15) si non extraheret viuos: Psal. 22. v. 10. & Psal. 71. vers. 6.) si non spaciū aliquod viuendi concederet: tanta Satanæ est malitia, vt ne ad momentum quidem nos viuere permetteret, si quidem vita in ipsius potestate foret.

2. Tempus autem & terminum vitæ Deus non in nostro arbitrio collocauit, sed ipse certum terminum præfinit, quamdiu viuendum: Adeo vt non mensium numerum certum iam ante destinauerit, sed & dies consignauerit, quibus homo debeat viuere, Psal. 139. v. 16.

3. Et non quibusdam tantum sic præfinit certum viuendi terminum, sed vnicuique homini. *Ein jeglicher hat seine bestimpte Zeit.*

4. Nec tamen vnum terminum præfixit omnibus, sed singularem vnicuique: voluitque vt Methusalem annis 969. (Gen. 5.) filius Dauidis 7. diebus viueret, 2. Sam. 12.

5. Neque etiam absolute fatalis est hic vitæ terminus, sed cum conditione pietatis vel impietatis, aut prorogari aut decurrati potest. Piis enim promissus terminus vitæ longior, Exod. 20. v. 12. Deut. 5. vers. 16. Eph. 6. v. 2. his qui honorant parentes longæuitas promittitur. Sicut & aliis Leuit. 26. v. 6. Deut. 28. v. 6. Prou. 3. v. 2. & 4. v. 10.

Contra impiis terminus decurrandus dicitur, Psal. 55. v. 24. & Psal. 58. v. 10.

Exemplis id comprobauit Dominus. Her & Onan. Gen. 38. v. 7. Hophni & Pinehas, 1. Sam. 2. v. 25. & 34.

Idcoque nulla hic Stoicæ necessitas locum habet. Nec cogit prouidentia Dei quenquam ad faciendum mala.

6. Vt plurimum tamen Deus terminum iuxta naturæ decur-

decursum ordinat, ut calido nativo, humidoque radica-  
i deficientibus, turbataque *spiritus* humani corporis, ipsa  
simul vita paulatim deficiat.

Sicut exempla, senum, Patriarcharum & nostri etiam  
temporis restant. De illis enim sapius legitur, *Et nam*  
*ab vno* *stard.* De Abrahamo, Gen. 25. v. 8. & Isaac, Gen.  
25. v. 17. Isaac, Gen. 35. v. 28.

7. Interdum tamen singularibus de causis cum piis ali-  
ter agit, & mature abripit. Id signum gratiæ Dei, & quod  
anima placeat ipsi Sap. 4. vers. 14. Exemplum Josæ, 2. Pa-  
ral. 34. v. 28.

Cum impiis etiam interdum aliter agit, quam supra  
dictum. Quia sunt illos interdum esse longævus, ut spa-  
tium habeant penitentia; ad quam omnes venire vult,  
2. Pet. 3. v. 9.

Exemplo esse potest Manasse Rex Iuda, 2. Par. 33. v. 11.  
qui regnavit annis 55.

## V S V S.

Huius loci multiplex usus esse potest.

I. Primum doctrinam suppeditat hic locus, ut eum  
tempus & hora mortis instat, non sollicite nimis, & cu-  
riose inuestigemus, Vnde & quæ causa mortis sit. *Ich*  
*heer ich das vnd jenes nicht gerhan waran hab ich das*  
*gessen oder getruncken? were ich da oder dort nit gewes-*  
*en / ic. Stulte.* Im ersten Brey hastu den Todt gessen.  
Terminus vitæ elapsus. *Stündlein ist auß g. lauffen*  
Hiob. 16. v. vlt. tempus constitutum aduenit.

Et cum hoc intelligamus, non demum moras nece-  
re, aut terminum in aliud tempus reicere, aut in me-  
dicorum opera confidere licet, sed voluntati diuinæ  
prompte parendum.

Licet quidem orare & deprecari Dominum, Ela. 38.  
v. 2. & 21. cum Hiskia, & vti opera medicorum: sed ita, ut  
semper dicamus, Non mea, sed tua voluntas fiat. Et ne  
inuito Domino conemur euadere, & reluctari Deo cu-  
piamus:

piamus: sed cogitatus id Syrac. 41. in fine. Quid tenus  
contra Dei voluntatem: Antiquum enim pactum est, mo-  
rietur, Syr. 14. v. 18. Es muß noch einmal sein. Quin igitur  
dicis: Cupio, Ph. 1. v. 11. Nunc dimitis, Luc. 2. v. 29.

II. Admonitio etiam hoc loco noranda, ut quia cer-  
tus quidem à Deo terminus est constitutus, at is nobis  
incogitus est, non temere nos coniciamus in pericula  
non necessaria: nec contemnamus media sanitatis legi-  
tima: dicentes, Si terminus elapsus est, nihil me iuuabit:  
si nondum elapsus, nihil mihi nocebit, si hoc vel illud ten-  
tem, &c. Non tentandus Deus, Matth. 4. v. 7. Deut. 6. v. 16.  
Qui amat periculum, Syr. 3. v. 27. Sapiens non contemnit  
iudicium, Syr. 3. v. 8. Non enim absolute fatalis est,  
non stoica necessitas. Vide Dispositio. Thematici 32. in  
hac parte.

III. Consolationem habemus in periculis vocationis,  
quod ante terminum vitæ à Deo præfixum, nemo nocere  
possit vitæ. Christum non possunt occidere, quia nondum  
vit hora eius, Joh. 7. v. 30. & 8. v. 20. Et Angeli custodiunt  
in viuis, scilicet: vocationis, Psalm. 93. v. 11. Capilli nume-  
rati, Matt. 10. v. 30. nec peribit vnus, Luc. 21. v. 18.

F I N I S.

## THEMA CXXI.

Syr. 38. à v. 16. ad finem.

Fili in morte produc lachrymas, & quasi dicit passus in-  
cipe plorare, &c.

## D I S P O S I T I O.

Totum in his verbis processum describit Syrach, quo-  
modo cum mortuis agendum ante & post suus, & vtilia  
præcepta tradit multa. Cum autem præcipue 4. sint ob-  
seruanda circa mortem amici, de singulis aliquid mouet.

1. Primum de planctu super defunctis agit, dann das  
ist das